



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## Universitätsbibliothek Paderborn

### **Joannis Pierii Valeriani Bellunensis Hieroglyphica, Sive De Sacris Ægyptiorum Aliarumque Gentium Literis, Commentariorum Libri LVIII**

**Valeriano, Pierio**

**[Lipsiae] ; Francofurti Ad Moenum, 1678**

Horapollinis Niliaci, De Sacrarum Apud Ægyptios Insculptarum Literarum  
Interpretatione, Liber Secundus.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-14259**

13.  
HORAPOLLINIS NILIACI, DE SACRARUM APUD ÆGYPTIOS INSCULPTARUM LITERARUM INTERPRETATIONE,

LIBER SECUNDUS.

Secundo autem volumine reliquorum tibi veram idoneamque in medium afferam rationem: quæ & cum ab aliis autoribus nequaquam sint exposita, necessario subjungenda censeo.

1. *Quid stellam pingentes, innuunt?*

DEPICTA Ægyptiis stella nunc deum significat, nunc crepusculum, nunc noctem, nunc verò tempus, interdum etiam hominis masculi animam.

2. *Quid aquilæ pullum?*

ET AQUILÆ pullus masculum, & orbiculatum quippiam vel semen hominis connotat.

3. *Quid geminos pedes junctos ac stantes.*

GEMINI pedes simul compacti ac firmati, Solis cursum cum in solstitio est hyberno, significant.

4. *Quid hominis cor faucibus appensum.*

HOMINIS cor faucibus appensum, boni viri os designat.

5. *Quomodo belli aciem, ac frontem exercitus ad prælium instructi.*

BELLI aciem indicant, hominis depictæ manus, hæc quidem scutum, illa verò arcum tenens.

6. *Quid digitum.*

HOMINIS stomachum demonstrat digitus.

7. *Quid pudendum manu compressum.*

PENIS manu cohibitus ac tectus, continentiam hominis innuit.

8. *Quomodo morbum significat.*

FLORES autem Anemones, morbum hominis significant.

9. *Quomodo lumbum hominis.*

LUMBUM, aut statum constitutionemque hominis volentes notare: os spinæ dorsæ pingimus. Sunt enim qui dicant, hinc semen desluere.

10. *Quomodo permanens aliquid & tutum significant?*

COTURNICIS os pictum, stabile ac tutum quippiam indicat, quòd difficile hujus animalis: os afficiatur ac patiatur quicquam.

11. *Quomodo concordiam?*

DUO homines, magistratus ornati insignibus, concordiam innuunt.

12. *Quomodo turbam ac tumultum.*

ARMATUS homo sagittasque jaculans, tumultum significat.

13. *Quomodo dimensionem.*

HOMINIS digitus dimensionem notat.

14. *Quomodo \* desponsatam mulierem.*

\*DESPONSATAM mulierem volentes ostendere, solis circulum, simul cum stella & ipso disco solis bipartito pingunt. *\*pragnantem m. f.*

15. *Quomodo ventum.*

ACCIPITER ortum versus in sublimè tendens, ventos ostendit. Item & aliter: Accipiter expansas in aëre alas quasdam habere videtur, significat.

16. *Quomodo ignem.*  
**FUMUS** in cœlum ascendens, ignem indicat.
17. *Quomodo opus.*  
**MASCULI** (bovis) animantis cornu pictum, opus notat.
18. *Quomodo penam.*  
**AT** foeminae cornu depictum, \* ultionem ostendit.
- \* *vellaborem.*  
**IMAGO** umbilico tenus cum gladio depicta, impietatem innuit.
19. *Quomodo impietatem.*  
**HIPPOTAMUS** depictus horam significat.
20. *Quomodo horam.*  
**CEKVIS** quotannis cornua renascuntur. Hic depictus longissimam vitam significat.
21. *Quomodo longævum ac diuturnum.*  
**LUPUS** aut canis averfus, averfionem monstrat.
22. *Quomodo averfionem.*  
**AURIS** picta, futurum opus significat.
23. *Quomodo futurum opus.*  
**VESPA** per aërem volans, aut **CROCODILI** noxium sanguinem, aut cædem designat.
24. *Quomodo percussorem aut sanguinem Crocodili?*  
**NYCTICORAX** mortem significat: quemadmodum enim hic derepente pullos (cornicum) noctu, sic & mors homines nec opinato invadit atque opprimit.
25. *Quomodo mortem.*  
**LAQUEUS** amorem, ut \* feram quandam (ala, aërem) significat.
26. *Quomodo amorem.*  
**SERMONES** & folia, aut signatus liber, vetustissimum indicant.
27. *Quomodo vetustissimum.*  
**SCALA** obsidionem, quod inæqualis sit atque acclivis.
28. *Quomodo obsidionem.*  
**LITERÆ** septem, duobus inclusæ digitis, musam, inexpertem aut fatum significant.
29. *Quomodo inexpertum, musam, aut fatum.*  
**RECTA** linea simul cum altera superne inflexa, decem planas lineas indicat.
30. *Quid linea significat super alteram inflexa?*  
**OMNES** parentum opes filiis relictas volentes innuere, hirundinem pingunt. Illa enim jam mortuæ proxima, luto seipsam volutat, & pullis latebras comparat.
31. *Quid innuunt, hirundinem pingentes.*  
**M**ulierem viduam, quæ ad mortem usque in eo permanferit vitæ statu, volentes significare, nigram pingunt columbam. Hæc enim quamdiu vidua est, alteri viro non miscetur.
32. *Quid nigram columbam.*  
**H**ominem invalidum, & qui sibi per se ipse opem ferre nequeat, sed aliorum se tueatur auxilio, volentes monstrare, ichneumonem pingunt. Hic enim conspecto serpente non protinus in eum irruit, sed vocatis prius clamore aliis, tum demum ei resistit.
33. *Quid Ichneumonem.*  
**F**ormicarum absentiam ac discessum volentes significare, organum inter sacras sculpturas pingunt. Hæc siquidem eo in loco condita, unde formicæ prodeunt, eas fugat.
34. *Quid notant, organum in sacris insculptas?*  
**I**nimicum cum pari congregientem inimico, indicare volentes, scorpium & crocodilum pingunt: uterque enim alteri mutuam affert exitium. Sin vero victorem alterum, quiq; inimicum sustulerit.
35. *Quid Scorpium & Crocodilum.*

Ierit innuant, aut Crocodilum pingunt, aut Scorpionum: si celeriter quidem sustulerit, Crocodilum: si lentè, Scorpionum, ob eius difficilem tardumque motum.

36. *Quid must. lam.*

Ubi mulierem quæ viri præstat opera, volunt exprimere, mustelam pingunt: quod hæc maris pendendum habeat velut osciculum.

37. *Quid porcum.*

Volentes perniciosum & pestiferum hominem monstrare, porcum pingunt: quod ejusmodi sit porci natura.

38. *Quomodo immodicam iram.*

Quod si immoderatam iracundiam, ex qua qui ea est commotus, febrim contraxerit: Leonem pingunt proprios catulos cauda flagellantem. Leonem quidem, ob iracundiam; catulos vero cauda cæfos, quod catulorum ossa, si inter se collidantur, ignem emittunt.

39. *Quomodo senem Musicum.*

Senem musicum volentes commonstrare, Cygnum pingunt: quod hic senescens suavissimum edat concentum.

40. *Quomodo virum innuunt cum sua ipsius uxore con-  
gredientem.*

Virum qui cum uxore sua consuetudinem veneream habeat, innuere si velint: geminas cornices pingunt: quod hæc eodem secum invicem modo naturaliter coeant, quo homines.

41. *Quid significant cæcum scambaum pingentes.*

Hominem qui ex solaribus radiis contracta febris perierit, notantes; cæcum pingunt Scarabæum, ut qui splendore Solis excæcatus intereat.

42. *Quid mulam.*

Sterilem volentes indicare mulierem, mulam pingunt. Hæc namque eò sterilis est, quod matricem rectam non habet.

43. *Quomodo mulierem qua pueros femineos  
peperit.*

Mulierem feminas primùm infantes enixam significantes, taurum sinistrosum spectantem pingunt. Mares verò, rursus taurum dextrorsum. Is enim ex congressu discedens, si ad lævam conversus fuerit, genitam esse feminam indicat, si ad dexteram, marem.

44. *Quomodo vespæ.*

VESPAS designantes, cadaver equi pingunt. Ex eo enim multe procreantur vespæ.

45. *Quomodo mulierem abortientem.*

Abortientem mulierem significantes, equam quæ lupum conculcet, pingunt. Non solum enim si lupum calcarit, abortum facit equa: sed & si lupi calcarit vestigium, abortit protinus.

46. *Quomodo hominem, qui sese responso ab oraculo  
accepto sanavit.*

Hominem, qui se ipse ex oraculo, pristinae sanitati restituerit, volentes innuere: palumbum pingunt lauri folium tenentem. Hic enim ubi morbo laborat, lauri folium in nidum suum inferens, convalescit.

47. *Quomodo culicum copiam.*

Excrescentem & adventantem culicum copiam exprimere cupientes, vermes pingunt. Siquidem ex his gignuntur culices.

48. *Quomodo hominem, qui cum ex se biliosus non sit, ab altero tamen  
bile commoveatur.*

Hominem qui suapte natura bile careat, sed eam ab altero suscipiat, notantes; columbam pingunt dorso erecto: illic enim bilem habet.

49. *Quo-*

49. *Quomodo hominem qui tuto urbem incolat.*

**U**T hominem significant, qui tuto urbem habitat; aquilam pingunt, quæ lapidem gesset. Hæc enim è mari vel terra sublatum lapidem in suum infert nidum, quo tutior sit ac firmitior.

50. *Quomodo inferiorem debilioremque hominem, quem alius persequatur.*

**D**ebiliorem hominem, quem validior ac potentior infestetur, volentes designare, otidem & equum pingunt. Hæc enim equo conspecto protinus avolat.

51. *Quomodo eum qui ad proprium patronum confugiens, nullum tamen ab eo sentit.*

**H**ominem qui ad proprium patronum confugiat, nec ejus sublevetur auxilio, monstrare cupientes, passerem & noctuam pingunt. Hic enim dum aucupum venatione petitur, ad noctuam accurrit, à qua mox opprimitur.

52. *Quomodo hominem, qui cum viribus non valeat, temerè tamen aliquid suscipit, ac audacius gerit.*

**I**mbecillum hominem, lascivientem tamen, & audacius aliquid molientem, cum monstrare voluerint, vesperilionem pingunt. Hæc enim etfi \* alas non habeat, volare tamen conatur.

53. *Quomodo lactantem mulierem, optimeque nutrientem.*

**M**ulierem lactantem ac benè nutrientem ubi pictura exprimere volebant, vesperilionem rursus pingebant. Sola enim inter omnes volucres, hæc dentes ac mammas habet.

54. *Quomodo hominem qui tripudio capiatur ac demulceatur.*

**H**ominem saltatione tibiarumque cantu gaudentem notantes, turturem pingunt. Hæc siquidem tibia ac saltatione capitur.

55. *Quomodo sacris initiatum hominem.*

**R**ebus sacris cæroniisq; addictum significantes, cicadam pingunt. Hæc enim non ore, sed dorso resonans, pulcherrimum edit dulcissimumque concentum.

56. *Quomodo seorsum egentem regem, nec subditorum lapsibus veniam dantem.*

**R**egem qui solitudine gaudeat, quique errata non condonet, si velint significare: aquilam pingunt. Hæc enim desertis in locis nidum sibi construit, sublimiusque cæteris volatilibus volat.

57. *Quomodo diurnam instaurationem.*

**I**nstaurationem autem diurnam, & quæ post multa fiat secula, volentes indicare, phœnicem pingunt. Hic enim dum nascitur, rerum vicissitudo fit & innovatio. Gignitur autem hunc in modum: jamjam moriturus Phœnix in terram sese summo impetu projicit, unde & vulnus accipit. Ex sanguine verò (vulneris) defluente, alius gignitur, qui simul ac pennæ ei natæ sunt, cum patre Heliopolim, quæ in Ægypto est, proficiscitur: quo cum pervenerit, pater illic, simul ac Sol ortus est, moritur: post cujus mortem pullus in propriam redit patriam. At Phœnicem hunc defunctum Ægyptii sacerdotes sepulturæ mandant.

58. *Quomodo patris amantem.*

**P**atris studiosum hominem innuentes, ciconiam pingunt. Hæc enim à parentibus enutrita, minusquam ab ipsis se jungitur, sed ad extremum usque senium una permanet, pietatem ipsius oblectantiamque rependens.

59. *Quomodo uxorem quæ virum suum odio habeat.*

**M**ulierem quæ virum odio prosequens, ejus vitæ insidietur, solumque ei in coitu blanditur, coitu discedens, marem morso capite interimit.

60. *Quomodo liberos matribus insidiantes.*

**L**iberos matribus insidiantes ut demonstrent, viperam pingunt. Nam hæc non juxta cæterorum animantium naturam in lucem editur, sed exeso diruptoque matris prodit utero.

61. *Quomodo hominem, qui ab accusatore convitiis affectus, morbum inde contraxerit.*

**H**ominem, qui ex accusatione convitiis affectus, in ægritudinem inciderit, significare cupientes, basiliscum pingunt. Hic enim propius accedentes afflatu suo perimit.

62. *Quomodo hominem qui igne uritur.*

**H**ominem qui igne comburatur dum significant, Salamandram pingunt. Hæc enim utroque capite interimit.

63. *Quomodo cæcum hominem.*

**C**œcum significantes, talpam pingunt: qui neque oculos habet, neque omnino videt.

64. *Quomodo hominem qui domi sese continet.*

**H**ominem qui domo non exeat significantes, formicam simulque pennas vespertilionis pingunt. Hujus enim penis ad formicarum nidos admotis, nulla ex ipsis egreditur.

65. *Quomodo hominem qui sibi ipsi damni ac pernicii autor sit.*

**E**um qui proprio & a se illato damno lædatur, volentes signare, castorem pingunt. Hic enim cum se venatione pereri videt, proprios testes evulsos in prædam objicit.

66. *Quomodo hominem, qui sibi invito filio hereditatem reliquerit.*

**H**ominem, cujus bonis invisus filius successerit, innuentes, simium pingunt, retroque parvum alterum. Is enim cum geminos pariat, ex his alterum supra modum diligit, alterum odit. Quem autem diligit, ante se assidue gestans, suffocat. At quem odit, retro habet, ac deinceps educat.

67. *Quomodo hominem lapsus suos regentem.*

**Q**uam notare eum volunt, qui delicta aut errata sua occultet, simium mejentem pingunt. Hic enim mejens urinam occultit.

68. *Quomodo eum qui auditu magis valeat.*

**E**um qui acutiùs audiat volentes innuere, capram pingunt, quæ & naribus, & auribus respirat, atque audit.

69. *Quomodo instabilem.*

**I**nstabilem quempiam, neque in eodem persistentem statu, sed interim robustum & audacem, interim verò imbecillum ac timidum volentes designare, hyænam pingunt. Hæc enim nonnunquam mas est, nonnunquam foemina.

70. *Quomodo eum qui ab inferioribus victus sit.*

**E**um qui inferiori & invalidiori cesserit, cum innuere volunt, geminas pelles pingunt, hyænam, alteram pardi. Hæc enim si simul jungantur, pardi quidem pelles pilos objicit, altera non item.

71. *Quomodo hominem inimico superiorem.*

**E**um qui inimico superior evaserit, monstrantes hyænam ad dextram versam pingunt: rursus eandem sinistrosum, victum docentes. Hæc enim cum ab adversario invaditur, si ad dextram deflexerit, persequentem interimit: si ad sinistram, ab eodem perimitur.

72. *Quomodo eum qui intrepidè oblatas sibi perulerit calamitates.*

**E**um qui ad extremum usque vitæ spiritum omnes in quas incidit calamitates æquo & constanti superavit ac passus sit animo, si velint monstrare, pellem pingunt hyæne. Hæc enim succinctus quis, etsi per medios hostes feratur, intrepidus indemnusq; præteribit.

M m

73. Quo-

73. *Quomodo hominem ab hostibus oppressum.*

**C**ircumventum oppressumque ab hostibus, & qui minimo sese à discrimine & damno exemerit, indicare volentes, lupum pingunt amissa extrema cauda. Hic enim à venatoribus indagandus, pilos extremamque caudam refecat.

74. *Quomodo hominem, ea timentem qua sibi ex improviso, occultaque quadam ratione contingunt.*

**E**um qui discrimina timeat sibi ex insperato occultoque objecta, dum monstrare voluerint, lupum ac lapidem pingunt. Hic enim neque sibi à ferro neque à virga, sed à lapide duntaxat timet. Nimirum si quis in eum lapidem conjecerit, dè repente consternatum deprehendit: & ubi cunque lapis ei vulnus infixit, ibi succrescere solent pullulareque vermes.

75. *Quomodo hominem ob incundiam igne castigatum.*

**H**ominem igne castigatum, idque ob furorem, volentes monstrare, Leones & faces pingunt. Nihil enim æquè timet Leo, atque accensas faces, nullaque magis re domatur, quam his.

76. *Quomodo febricitantem hominem, qui sibi ipse medeatur.*

**E**um qui febris laborans se ipse curet, monstrantes, Leonem pingunt, qui simiam vorat. Hic enim febre correptus, si simiam vorarit, protinus convalescit.

77. *Quomodo hominem prioribus damnis & calamitatibus admonitum ac emendatum.*

**E**um qui ex iis in quas paulo antè incidit calamitatibus postea modestior evaserit, si innuere velint, taurum pingunt caprifico revinctum. Hic enim si ferociat, caprifico ligatus mansuescit.

78. *Quomodo hominem nec dum certa stabilitate temperantia præditum.*

**D**ubia parumque stabilis temperantia hominem volentes ostendere, taurum pingunt, dextro genu alligatum. Hunc enim si dextro genu vinxeris, junctarum pedis consequi deprehendes. Porro taurus semper intemperantia exemplum & indicium assumitur, propterea quod nunquam post conceptum foemina inicit.

79. *Quomodo domesticum ovium & caprarum mactatorem.*

**E**um qui mactandis ovibus & capris domum exhaurit & perdit, volentes significare, ipsam pingunt animantia conyza vescentia. Hanc enim herbam ubi pasta fuerint, siti detententur eunt.

80. *Quomodo hominem edentem innuunt.*

Vescentem hominem significantes, pingunt Crocodilum ore aperto. Hic enim —

81. *Quomodo in pacem & in iram.*

\* Ibis ali- **R**apacem simul & pigrum in iramque hominem significant, Crocodilum pingentes, qui \* Ibis am. pennam in capite habeat. Hunc enim si Ibis penna tangas, immotum deprehendes.

82. *Quomodo mulierem semel enixam.*

Semel enixam mulierem significant, leonem pingentes. Hæc enim bis uterum non fert.

83. *Quomodo hominem primum rudem, informemque editum.*

**H**ominem, qui initio quidem informis natus sit, sed postea formam acceperit innuunt, depicta ursa prægnante. Hæc namque sanguinem primum condensatum & concretum parit, hunc postea propriis fovent foemoris, efformat, linguaque lambens perducit.

84. *Quomodo robustum hominem, quæque è re sua sine subofacientem.*

**E**um qui simul & viribus & ingenio valeat, ad ea dignoscenda quæ utilia sint, volentes significare, Elephantum pingunt cum sua proboscide. Hac enim odoratur, & incidentia conficitur.

85. *Quomodo regem à stulticia impudentiæq; abhorrentem.*

**R**egem qui omni studio stultitiam fugiat ac imprudentiam significant, Elephantum & arietem simul pingentes. Ille enim visu ariete fugit.

86. *Quomodo regem qui nugatorem aversetur.*

**R**egem qui nugacem vitet hominem, elephantum cum porco pingentes. Is enim voce porci audita, aufugit.

87. *Quomodo hominem qui celeriter quidem, sed inconsulto inconsiderateque moveatur.*

**E**um significantes qui agilis sit & velox, sed qui tamen absque iudicio ac ratione feratur, cervum depingunt. & viperam. Hac siquidem conspecta, temerè in fugam vertitur cervus.

88. *Quomodo hominem qui sua prospiciat sepultura.*

**U**T denotent eum qui de sua sollicitus est sepultura, elephantem pingunt, proprios dentes defodientem. Hos enim ubi exciderint acceptos, in terram condit.

89. *Quomodo hominem qui plenam justamque ætatem vixerit.*

**E**um qui justam hominis ac legitimam vixerit ætatem, volentes monstrare, cornicem mortuam pingunt. Hac enim centum juxta Ægyptiorum morem computatis annis vivit. Constat autem Ægyptiacus annus quatuor vestris & communibus annis.

90. *Quomodo hominem qui suum ipsius scelus ac maleficium tegat.*

**D**esignantes hominem, qui scelestum suum ac malignum occultet animum, ne à suis noscatur, pardum pingunt. Hic siquidem clanculum alia persequitur animantia, nec sinit impetum ac pernicitatem innotescere, qua in illis persequendis utitur.

91. *Quomodo hominem adulatione deceptum.*

**E**um qui assentatione captetur, innuente, cervum cum tibicine pingunt. Hic enim dum suavissimum audiens canentium modulatum, ingenti velut demulcetur voluptate, sic facile in venatorum manus incidit.

92. *Quomodo præsagium copiosæ vindemis.*

**P**ræfagium copiarum vini significantes, upupam pingunt. Quæ si ante vitium tempus cecinerit, insignem vini bonitatem simul ac copiam prænunciat.

93. *Quomodo hominem, cui uvæ usus nocuerit.*

**U**væ esu offensum & sese curantem notantes, upupam pingunt, & Adiantum herbam. Hac enim si uva comesta læsa fuerit, Adiantum ori inferens, certo decurso spacio pristinam recipit valetudinem.

94. *Quomodo hominem sibi ab hostium inimicorumve insidiis caventem.*

**S**ibi ab adversariorum insidiis caventem eum volunt significare, gruem vigilantem pingunt. Hæ enim hoc se ipsas præsidio custodiunt, tota nocte per vices excubias agentes.

95. *Quomodo obscænum puerorum amorem.*

**P**rædicationem designantes, geminas perdices pingunt. Quæ cum viduæ sunt, se invicem abutuntur.



96. Quomodo senem fame enectum.

Senem qui fame perierit, volentes monstrare, aquilam pingunt adunco rostro. Huic enim senescenti aduncum fit rostrum, itaque inedia perit.

97. Quomodo hominem in perpetuo motu atque animi agitatione degentem.

Em qui in continuo motu & animi intentione usque adeo versetur, ut ne vescens quidem quiescat, significantes, cornicis pullos pingunt. Hæc enim etiam volans pullos pascit.

98. Quomodo hominem sublimium rerum peritum.

Sideralis scientiæ gnarum cum significant, gruem volentem pingunt. Illa enim altè admodum volat, ut nubes è proximo conspiciat, neque tempestate agitur, atq; ita altam agat quietem.

99. Quomodo hominem proprios à se dimittentem liberos ob paupertatem.

Hominem qui inopia pressus, liberos valere iusserit, notantes, accipitrem prægnantem pingunt. Is enim cum tria ova pariat unicum quod nutriat seligit, reliquis duobus fractis. Hoc autem facit, quod per id tempus unguis amittat, ideoque tres pullos simul educare non possit.

100. Quomodo hominem movendis pedibus cunctabundum ac lentum.

Hominem pedum motu tardum & segnem volentes monstrare, camelum pingunt. Hic enim solus ex omnibus animantibus crus inter eundem infleçit, unde & appellationem nactus est: cum Græcè καμῆλ & quasi καμῆλ & à crurum inflexione dictus videatur.

101. Quomodo hominem, acutique ac celeris visus.

Hominem inverecondum & visu celerem designantes, ranam pingunt. Hæc enim non alibi sanguinem habet quam in oculis. Porro, qui illos sanguine resperfos habent, impudentes dicunt. Unde & poëta: Ebrie, luminibus canis, effrons, peçtore cervi.

102. Quomodo hominem qui sese movere nequit.

Hominem qui cum diu sese movere non poterit, postea tandem pedibus moveatur, demonstrantes, ranam pingunt, posteriores pedes habentem. Hæc enim primum sine pedibus nascitur, sed postea dum augetur, pedes \* assumit posteriores.

103. Quomodo omnibus inimicum atque invisum hominem.

Omnibus infestum, & qui cæterorum consortium fugiat, ostendere volentes, anguillam pingunt. Hæc enim cum nullo alio pisce commercium habere deprehenditur.

104. Quomodo hominem multos in mari servantem.

Hominem multos in mari servantem, signare volentes, torpedinem piscem pingunt. Hæc enim ubi pisces multos viderit, qui natate non possunt, ad se trahit, ac eos servat.

105. Quomodo hominem qui utilia simul & inutilia malè consumserit.

Hominem qui utilia simul & inutilia malè consumserit, indicantes, polypum pingunt. Ille enim cum multa eaque intemperanter voret, cibum in cavernas reponens congerit, & cum utilia consumserit, tum & quæ sunt inutilia abjicit.

106. Quomodo cum qui sua gentis hominibus imperitat.

Sua nationis & generis hominibus imperantem cum denotare volunt, carabum & polypum pingunt. Ille enim polypis imperat, interque eos primas tenet.

107. Quomodo hominem junctum mulieri.

Hominem mulieri ab ineunte ætate, adeoque primis ungviculis junctum innuentes, ostrea prægnantia pingunt. Hæc enim cum in concha gignantur, paulò post intra eandem concham sibi invicem junguntur.

108. Quomodo hominem qui sui cum rationemq; non habeat.

Patrem aut hominem qui se ipse non curet, sed à domesticis & propinquis curetur, volentes significare, ostreum & cancrum pingunt. Hic enim carni ostrei velut agglutinatus manet: Unde & ex

& ex consecutione nominis, *πρωφύλαξ*, quasi ostrei cultos vocatur. Ostreum igitur planè hiat in concha esuriens. Si itaque dum hiat, pisciculus aliquis irrepserit, mordet cancer ungula ostreum: quod sentiens, concham claudit, atque ita pisciculum venatur.

109. *Quomodo hominem ingluvie laborantem.*

**H**ominem gula deditum designare volentes, scarum pingunt. Hic enim solus ex piscibus ruminat, & omnes occurrentes pisciculos devorat.

110. *Quomodo hominem cibos vomentem.*

**E**um qui ubi sumtos cibos evomuerit, avidè rursus vorat, & ita ut satiari non possit, significantes, selem aquaticum pingunt. Hæc enim ore parit, & natans factum absorbet.

111. *Quomodo hominem qui cum alienigenis commercium habeat.*

**H**ominem alienigenarum commercio gaudentem innuentes, muranam piscem pingunt. Hæc enim è mari flumina ascendens, viperis miscetur, ac protinus in mare recurrit.

112. *Quomodo hominem ob eandem factam supplicio affectum.*

**H**ominem qui cædis admittæ pœnas dederit, quemq; pœnituerit, designare volentes, turtorem laqueo implicitam pingunt. Hæc enim capta, spinam quam in cauda habet abjicit.

113. *Quomodo eum qui profusus alieni vescatur.*

**E**um qui & aliena intemperanter decoquat, & demum sua consumserit, designantes: polypum pingunt. Is enim si victu aliunde quæsito indigerit, propria edit flagella.

114. *Quomodo eum qui rerum honestarum amore flagret.*

**E**um qui toto pectore in res pulcherrimas incumbit, ac ideò sese periculis objicit, volentes innuere, sepiam pingunt. Hæc enim si viderit à quopiam sibi insidias strui, in aquam ex alvo nigerrimum effundit sanguinem: ex quo fit, ut jam conspicua non sit, atque ita evadat.

115. *Quomodo fecundum & veneratori addictum hominem.*

**S**emine abundantem hominem volentes designare, passerulum pyrgiten pingunt. Hic enim & immodica ira & copia seminis ductus, septies in hora tœminam init, copiosum confertimque semen effutians.

116. *Quomodo hominem, qui vim quandam habeat sibi alios conciliandi ac devinciendi.*

**C**um hominem significant, qui alios sibi continenter devinciat & demereatur, lyram pingunt. Hæc enim continenter suum retinet concentum.

117. *Quomodo eum, qui antea mente alienatus fuerit, sed postea resipuerit.*

**E**um volentes ostendere, qui cum quondam mente alienatus esset, ad se demum redierit, certumque vitæ suæ ordinem ac rationem insituerit: fistulam pingunt. Hæc siquidem animum demulcet, & ea in memoriam reducit, quæ ex animi sententia & cum voluptate quis gesserit. Insper & maximè compositum edit sonum.

118. *Quomodo eum qui jus ex equo omnibus tribuat.*

**E**um qui jus æqualiter omnibus impertiatur significare volentes, struthiocameli pennam pingunt. Hoc enim animal præter cætera pennas alarum undequaque æquales habet.

119. *Quomodo hominem adificandi studiosum.*

**A**dificandi cupidum hominem volentes innuere, hominis manum pingunt. Hæc enim omnia absolvit opera.

*Horapollinis Niliaci sacrarum sculpturarum finis.*